

DE VOCABULIS

βουγάϊος, βούβρωστις, βούπαις

AC SIMILIBUS.

SCRIPSIT

LUDOVICUS DOEDERLEIN.

Neminem ex veterum grammaticorum numero adeo reconditae doctrinae laude dignum esse tantumve conferre ad linguae Graecae varietatem cognoscendam arbitror, quam Hesychium, cujus librum Davides Ruhnkenius, at qualis existimator! incomparabilem Graecae eruditionis thesaurum, negavit se unquam fere de manibus ponere. Quamobrem in eo glossario nulla cujusquam vocabuli forma quamvis insolens, inaudita, absurda denique esse videatur, temere commutanda, et quicquid asseverat autor de dialectis, si non credule accipiendum, at non dissimulandum est. Enimvero dissimulavisse hanc talis lexicographi glossam T. I. p. 745. Βοῦ· τὸ μέγα καὶ πολὺ δηλοῖ. Λάκωνες, et prorsus contempsisse videntur ii, qui Homerica quoque vocabula βουγάϊος et βούβρωστις in eandem rationem explicare non dubitarunt. Quod si *Doricae* dialecto ea accenseret Hesychius, futile grammaticorum jure suspiceris praecipuum; nunc *Laconum* dixit vocabulum, id quod rem potius ac veritatem, quam commenta literatorum redolet. Igitur in Homerica ista vocabula paulo accuratius inquiram, si forte demonstrando, illud verborum compositorum genus ab Homerica, Ionica et Attica dialecto abhorreere, Hesychii fides et autoritas aliquantulum juvari possit.

Βουγύϊος his usurpavit Homerus, primum Il. XIII, 824, ubi Hector Ajaci Telamonio ferociter provocanti et exitium minitanti respondet:

Αἴαν ἀμαρτοεπὲς, βουγύϊε, ποῖον εἶπες!

Nihil verius ibi illa est explicatione, quam Eustathius conservavit: *ὁ ἐπὶ βοῦ ἦτοι ἀσπίδι γαίων· Αἴαντος γὰρ παρὰ σῆμον ἢ ἀσπίς, et Schol. Venet. τὸ βουγύϊον ἀκουστέον διὰ τὸ ὑπερμεγέθη ἔχειν βοείαν ἀσπίδα.* Nam ut Jupiter *τεροπικέραννος*, ut Diana *λοχέαιρα*, ut Briareus cum aliis *κῶδει γαίων*, (*γαιήοχος* enim, quem quidam *ὄχοις γαίοντα* esse voluerunt, consulto omisimus,) sic Ajax *ἀσπίδι γαίων* audit. Vid. v. 710. Non diversus, sed paulum generalior ejusdem epitheti sensus est, quum Odys. XVIII, 79, ubi Antinous Irum improvise Ulyssis corroborati adpectu perculsum stimulat simul ac terret,

Νῦν μὲν μὴτ' εἴης βουγύϊε, μῆτε γένοιο!

virum fortem et Ajaci similem significat, modo ita, ut feci, verba distinguantur neve vocativus commate a praecedentibus dirimatur. Obtinet enim hic quoque illud idioma, quo praedicatum a vocativo attrahitur, ut in Theocriteo: *ὄλβιε κῶρε γένοιο!* vel in Latino: *Macte puer virtute tua!* de quo attractionis genere accuratissime egit Kruegerus in Diss. in Sebodii Archiv für Philol. T. II. p. 274. Fugit ea ratio Eustathium, in *εἴης* praedicatum latere existimantem; non item Scholiastam Ambros. ut qui junxerit jungenda: *λέγει δὲ, μὴτ' εἴης μέγας, μῆτε γένοιο.* Itaque non per convicium quidem, sed petulanter tamen et ironice hoc Antinous, *Noli*, inquit, *dicere, fortem te vel esse vel manifestum fore.* Nam *μὴ εἴης* h. l. est pro *μὴ εἶναι λέγει*. Similiter Aesch. Theb. 1044.

ΚΗ. τραχὺς γε μέντοι δῆμος ἐκφυγῶν κακά.

ΑΝΤ. τράχυν' ἄθαπτος οὗτος οὐ γενήσεται.

plane ut *κόινον* in Lucae Actt. App. XI, 15. Nam Schol. interpretatio: *σκληρὸς ὑπαρχε* prorsus inepta est. Tac. Ann.

III, 9. *Eaque res agitata rumoribus ut in agmine atque itinere crebro se militibus ostentavisset, i. e. ut . . . se ostentavisse diceretur.* De optativo imperativi interdum vice fungente vid. Thiersch. Gram. p. 520. *Γένοιο* autem quo sensu verbo *εἶης* opponatur, ex iis locis apparet, quibus pro ipso *εἶναι* positum videtur. Est etiam semper ibi *se praebere certa quadam occasione.* Herodt. III, 148. *Τοῦτο καὶ δις καὶ τρις εἰπόντος Μαιανδρίου, ὃ Κλεομένης δικαιοτάτος ἀνδρῶν γίνεται.* Thuc. II, 71. VI, 14. Soph. Oed. C. 291. Oed. T. 54. Eur. Med. 584. Caeterum quod legimus *βουγάϊος*, haud dubie analogiae magis convenit, quam Zenodotea scriptura *βουγγῆϊος*, qua Ionismus iuvari videbatur. At enim *γαίω* praeterquam in *γέγηθα*, *γηθέω*, non mutat vocalem, sed retinet, ascito digamma in *γαῦρος*, vel, si hoc quidem adiectivum a *γηράειν* potius ducendum sit, *ἀγανός* et *gaudeo*.

Absterriti sunt ab hac simplicissima ratione interpretes communi quodam errore, quod in conviciis esse *βουγάϊος* credebant cum Plutarcho de aud. poet. T. VI. p. 126. Reisk. Hinc monstra illa veriloquiorum, ut apud Eustathium: *ὁ δυσκίνητος καὶ μὴ ποδώκης, ἀλλ' ὄϊον βοῦς τις πονῶν περιγῆν*, et similia commemoratu maximam partem indigna. Addo unam, quae Zonarae propria est, p. 398. *βουγάϊος. μεγαλόσωμος* h. e. *μεγαλοσώματος*. Hodie Apollonii Sophistae vicit sententia aliorumque ex veteribus, ut paraphraetae et Plutarchi Q. Gr. T. VII, p. 196, qui *βουγάϊος* per *μεγάλως γανριῶν* vel *μεγάλανχος* explicant, qui tamen, ut de *βου* — taceam, vix poterunt approbare, in *γαίω* notionem *exsultandi*, nedum *insolentiae* inesse. Bina praeter locos Homericos huius vocabuli vestigia reperiuntur, quorum unum, quod *Νίκανδρός φησι*, teste Schol. Ven. *ὅτι Δουλιχῶται καὶ Σάμιοι τοὺς ἐσθίωντας τὸ γάλα, μηδὲν δὲ λαχόντας, βουγαῖους καλοῦσιν*, quo ferat ac pertineat, extricare nequeo. Deinde apud Lycophronem, ut memorat Etym. M. (s. v. *στέρφος*) Hercules vocatur *βουγαῖάδης*, διὰ

τὰς Γηρυόνου βοῦς. Id vocabulum non dubito quin poeta prave eruditus pro βουκόλος usurpaverit. Nam ipsum Homericum βουγάϊος quidam ex veteribus aut scripserant βουκαίε, aut in eum sensum explicuerant: βουκαίος ὁ ἀγροῖκος. Est autem nomen βουκαίος seu βούκαιος vocabulum Doricum, quo utuntur Theocr. id. X, 1. 57. Nicand. Ther. 5, et Fragm. 35. ed. Schneid., non compositum illud ex καίω sed derivatum a βοῦς, βοῦκος, i. q. βοώτης, inserta litera κ, quae hiatui caveret, ut in ἐνδυκέως, ἀτρεκέως. Hesych. s. v. βουκαίος· βουκόλος· οἱ δὲ θεριστής.

De altero vocabulo βούβρωστις tanto difficilior est quaestio, quod non ex Scholiastis vera ratio deligenda, sed conjectando eruenda et contra grammaticorum consensum tutanda est. Videamus totum locum, II. XXIV, 531.

ἧ δὲ κε τῶν λυγρῶν δοίη, λωβητὸν ἔθηκεν
καὶ ἔ κακὴ βοῦβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἔλαύνει·
φοιτᾷ δ', οὔτε θεοῖσι τετιμένος, οὔτε βροτοῖσιν.

Quotusquisque hodie dubitat, quin per βούβρωστις ingens fames vel, ut cum Virgilio loquar, *improba ventris rabies* significetur? Asseverat hoc quidem Eustathius p. 1502. βούβρωστις κυρίως κατὰ τὸ τῆς λέξεως ἔτυμον ὁ μέγας λιμὸς ἢ μεγάλη πείνα καὶ ὡς εἰπεῖν βούπεινα, ἢ πολλὴ τῆς βρώσεως ἔφεσις· δηλοῖ καὶ ἀπλῶς τὴν μεγάλην ἀνίαν, ὅφ' ἦς ἄσπιτοι πολλοὶ γίνονται. Paulo aliter Etym. Gudian. p. 113. Βούβρωστις ἢ μεγάλως ἐσθίουσα ἀνία ἢ λιμὸς τὸ σῶμα — ubi ἐσθίων videtur excidisse. Accedunt autoritates poetarum, Callimachi, qui in hymn. Cer. 103.

νῦν δὲ κακὰ βοῦβρωστις ἐν ὄφθαλμοῖσι κάθηται.
idem aperte dixit, quod v. 24. βούπειναν dixerat. Oppi-
ani Hal. II, 207.

ἀλλ' ἀτέλεστον

λυσσομανῆ βοῦβρωστιν ἀναιδέϊ γαστρὶ φηλάσσει.

Agath. Scholast. Ep. 74. (Anth. Graec. T. IV. p. 51. ed. Jac.)

Εἰ γὰρ αἰεὶ βοῦβρωστιν ἔχεις Ἐρυσίχθονος ἀγτοῦ.

et ipsa quoque analogia vocabuli βούβοσις • πολυφαγία ap. Hesych. T. I. p. 746.

Sed vellem quispiam mihi scrupulos aliquot evelleret. Nolo vel probare absurdum Schol. Ven. argumentum, οἱ δὲ ἀποιδόντες λιμὸς ἀγνοῦσιν, ὅτι οὐ λιμῶσσει Πιρίαμος, ἀλλ' ὀδυνᾶται, vel exagitare formam, tanquam ut βρωσις ita βούβρωσις requiratur. Nam non modo extat ea ipsa scribendi ratio apud Zonaram et in edd. Ald. et Flor., sed defenditur altera ratio vocabuli μνησις sive μνηστις analogia, et femininum adjectivi βουβρώστης esse potest, sc. νόσος; sed tamen duplex restat dubitatio vel importunitas potius, si *famem* hoc vocabulo indicari statuimus; primum enim assequi non possum, cur βούβρωστιν dicere maluerint Graeci quam βούλιμον, siquidem *fames* cruciatui esse solet, non *edacitas*, quae in vitiis potius quam in malis ponitur. Deinde mirabor, si id potissimum poenae divinae exemplum commemoravit poeta, quod rarissimum fuit et haud scio an singulare, atque in uno Erysichthone editum, quae et ipsa fabula, ut nostrae quidem notitiae, non antiquiorem quam Callimachum habet autorem. Nam Phinei esuries prorsus dissimilis est. Simplicius agamus cum Homero, duce Suida, quocum consentit Etym. M. βούβρωστις ὁ μέγας λιμός· εἴρηται δὲ ὅτι βοῦς λυμαίνεται καὶ τὰς βοῦς βρωσιν ποιεῖ, lepide explicante Porto: »Homines enim ad boves mactandum et comedendum impellit et adigit.« Igitur relictis, quae in his nugae sunt; hoc arripio ac teneo: ἡ βούβρωστις boves cruciat, nempe οἷστρος est; vocabulo non aliter formato, quam βούπρηστις, quo nomine utrum eadem bestiola an similis tantum significetur, num muscarum an scorpionum generi accensenda sit, non mei est iudicii; nam plurima bestiolarum boves vexantium extabant et genera et nomina, siquidem praeter οἷστρος (quod vocabulum non ab οἷστός sed ab οἰδάω originem duxit, ut βούπρηστις a πρήθω), et μύωπα memorantur βουτύπος et βου-

δάκη et βουσόος et βουκόλος: nam ex Hesychii glossa: βουκόλοι οὐ μόνον οἱ τῶν βοῶν νομεῖς, ἀλλὰ καὶ ζῶά τινα οὕτω καλοῦνται, elucet, proprie, non tropice oestrum ita dictum esse ab Aesch. Suppl. 508. Idem fortasse est βουκολίη, ab Hesychio quidem per κίγκλος explicata. Adde alia quaedam, quae ego quidem ad idem genus refero: ut Zonar. Lex. p. 402. βουτόρα· τὰ πλήττοντα τοὺς βόας, ubi ζῶα intelligo. Suid. s. v. βουτρίσα· ὄνομα ὄφραως, quod a τρύω ductum est. Etym. Gudian. p. 112. βοίκιον· ἐκ τοῦ βοῆ καὶ τοῦ κίνησις· βοῆ κενὴ ἢ βοῆ κοινή. Imo est animal *boves exturbans*, idem fortasse, quod κινώπεδον, κινωπηστής, κίναδος. Oestrus autem

Asper acerba sonans, quo tota exterrita silvis

Diffugiunt armenta,

de quo Hom. Odys. XXII, 299.

Οἱ δ' ἐφέβοντο κατὰ μέγαρον βόες ὡς ἀγελαῖαι,

Τὰς μὲν τ' αἰόλος οἴστρος ἐφορηθεῖς ἐδόνησεν.

Plerumque *μανίας* (vocabuli Homero ignoti) symbolum esse constat, et ejus quidem, quae captum exagitat et certa sede conquiescere non patitur, quaeque οἰστροπλήγῃ Inachi filiam ἐπὶ χθόνα δῖαν ἤλαυνε, Latini hoc vesaniae genus fere *lymphaticum morbum* vocare solent; vid. Synonym. Lat. T. II. p. 17.

Jam vide, utrum meus hic sermo sit, an locupletiores testes tale quid adseveraverint. Hesych. s. v. Βούβρωστις. μεγάλη πενία. λήπη. ζώυφιον. μέγας λιμός. λύμη. φθορά. φθονός. quod idem vocabulum de οἴστρω usurpat Zonar. p. 145r. Οἴστρος.. ἢ ζώυφιόν τι τοὺς βοῦς ἐρεθίζον ἐν τῇ καύσωνι. Apud eundem corrupte repetitur T. II. Οὐβρωῶστις, βουβρωῶστις ἢ οὐβρώτης, unde hoc quidem colligas, masculini quoque formam βουβρωῶτης, ut οἴστρος, μύωψ, in usa fuisse. Porro Schol. Venet. vulgari interpretationi addit: ἔμοι δὲ τὴν βούβρωστιν τὸν οἶκτρον ἐξεδέξαντο, teste Villoisono, quod Im, Bekkerus, ut videtur, tacite in τὸν οἶκτρον commutavit,

suadente Heynio, confirmante Etymologo Magno. Atqui οἶκος etiamsi poetice ac tropice possit infortunium ipsum significare, quum nihil proprie sit, nisi infortunii consequentia, tamen vix quadrat glossae in locum. Equidem non dubito quin, sive Scholiasta corruptus est, sive ipse corruptit eum, quem exscribebat, glossematis autor tradiderit: ξημοὶ δὲ τὴν βούβρωστιν τὸν οἶστρον ἐξεδέξαντο. Atque sic, postquam haec omnia perscripseramus, incorrupte legi vidimus apud Schol. Plat. p. 152. Ruhnk. Βουβρωστis· πονηρία ἢ μέγας λιμός· οἱ δὲ οἶστρον ἢ ἀσθένειαν.

Non mirarer, si tale interisset bestiolae nomen in tanta synonymorum copia, id quod Latino cuidam nomini accidit: Senec. Ep. 58. p. in. *Hunc quem Graeci oestrum vocant, pecora peragentem et totis saltibus dissipantem, a silum nostri vocabant.*— Puto intelligi, istud verbum interisse. Sed non tamen interiit plane. Nam Nicand. Ther. 785. scorpium cuiusdam naturam sic describit:

Ἄλλος δ' ἐμπέλιος· φορέει δὲ τε βοσκάδα νηδὺν
 εὐρεῖαν· δὴ γὰρ τε ποηφάγος ἐστὶν ἄητος,,
 Γυιοφάγος· βουβῶσι τυπὴν ἀλλαστον ἰάπτει
 τοίη ἢ βούβρωστις ἐνέσκληκεν γενέεσσι.

Miratur Schneiderus, facile ille princeps in hoc doctrinae genere, et suspectum habet epitheton ποηφάγος, »nemo enim alius herbis victitantem scorpionum prodidit.« Vid. Cur. poster. p. 266. Quid si βοηφάγος scribamus? quae forma Nicandro non indignior est, quam βοηνόμος Theocrito, quanquam unicum hoc exemplum novit Lobeckius ad Phryn. p. 681. Adiectivum βοηφάγος praeter Hesygium: βοηφάγος. πολυφάγος, bis legitur de leone. Vid. Jacobs ad Anth. Graec. T. III. p. 86. Nulla in Nicandri verbis inest significatio, quasi βούλιμον efficiat ἢ βούβρωστις; nisi quod Euteenius Sophista, Theriacorum metaphrastes, suo ex penu haec addidit p. 519. ed. Bandin.: τὸ δὲ τοῦ πλήγματος αὐτοῦ, λιμὸν (Bandin.: πλήγματος

αὐτῷ λοιμὸν) ἐμποιῆσαι, ὁτιούνη βαρύτερόν ἐστιν. Neque supra v. 409.

Εἰ δ' ὀλοή βούβρωστις αἰδρεῖηφι πελάσσει,
αὐτοῦ οἱ θάνατός τε καὶ ὠκέα μοῖρα τέτυκται

potest *fames* intelligi, quod visum est Spanhemio ad Callim. p. 802. Etiam Plutarchum dubitationis nostrae socium proferre possum, qui quum Sympos. VI, 8. (Tom. VIII, p. 771, ed. Reisk.) de βουλίμῳ disserere coepit, ἐδόκει δὲ, inquit: ἡ βούβρωστις ἔτερόν εἶναι. Τὸ δὲ τεκμήριον ἐλαμβάνομεν ἐκ τῶν Μητροδώρου Ἰωνικῶν. Ἰστορεῖ γὰρ, ὅτι Σμυρναῖοι, τὸ παλαιὸν Αἰολεῖς ὄντες, θύουσι Βουβρώστει ταῦρον μελάνα, καὶ κατακόφαντες αὐτόδορον ὀλοκαυτοῦσιν. De eodem nomine Schol. Vict. ad locum Homericum: οἱ δὲ δαίμονα, ἦνπερ (vel παρ' ἧ, ut scribit Eustathius) κατηρῶντο τοῖς πολεμίοις· εἶναι δὲ αὐτῆς τὸ ἱερόν ἐν Σμύρῃ. Verisimile est, βούβρωστιν cognomen quoddam Furiae apud Smyrnaeos fuisse, quae dea cum sub Εὐμενίδων, et Ἀρῶν, aliis multis nominibus, tum etiam sub Μανίας cognomento colebatur, testante vel coniectante saltem Pausania VIII, 54. Ἔστιν ἐν ἀριστερᾷ τῆς λεωφόρου θεῶν ἱερόν· καλοῦσι δὲ καὶ αὐτὰς τὰς θεὰς καὶ τὴν χώραν τὴν περὶ τὸ ἱερόν Μανίας· δοκεῖ δὲ μοι, θεῶν τῶν Εὐμενίδων ἐστὶν ἐπίκλησις. Illa itaque Dea, ut videtur, a Smyrnaeis invocabatur, ut hostium φρεσὶν ἐμβάλοι ἄγροιν ἄτην vel perversa consilia, ut Erinys Agamemnoni. II. XIX, 87.

Postquam satis demonstravisse mihi videor, βουγάιος et βούβρωστις idem fere esse quod ἀσπιδοφόρος et βούπρηστις, de vocabulo βούπαις disserendum est, quod apud antiquae comoediae poetas primum legitur. Aristoph. Vesp. 1245.

Ὅτε τὸν δρομέα Φαῦλλον, ὃν βούπαις ἔτι
εἶλον διώκων λαιδορίας ψήφοιν δυοῖν.

Poll. Onom. II, 9. μειρακύλλιον καὶ βούπαις, παρ' Εὐπόλιδι, quae tamen ultima duo verba desunt in Ms. Iungermanni. Hoc quoque vocabulum certatim grammatici

ita explicant, ut *βου* — sit *μοῖρα ἐπιτατική*. Vid. Etym. s. v. et Apollon. Soph. Lex. s. *βουγάιος*. Schol. ad Eur. Phoen. 28. Fest. s. v. *bulimam*. Quemnam igitur *βούπαιδα* vocari putabis? Puerum immani corpore, credo, vel eum saltem, qui puerilis aetatis mensuram excedat. At enim certa quaedam aetatis humanae ac pueritiae pars hoc nomine appellabatur. Straton. Ep. 94. in Anth. Gr. T. III, p. 89.

πᾶς φιλόπαις λέγεται, Διονύσιε, κοῦ φιλοβούπαις. Ammon. s. v. *γέρων*, Aristonis cuiusdam vel, ut Valckenario videtur, (Animadv. p. 51.) Aristophanis grammatici autoritate munita haec docet post alia et similia: *παῖς οὐ διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων δυνάμενος ἵεται. τὴν δ' ἐχομένην ταύτης ἡλικίαν οἱ μὲν πάλληκα, οἱ δὲ βούπαιδα, οἱ δὲ ἀντίπαιδα, οἱ δὲ μελλέφηβον καλοῦσιν· οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἔφηβος κ. τ. λ.* quae exscripsit Eustathius ad II. XIII, 824. His parum convenit, quod idem Ammonius paulo post p. 109. *παῖς, ἀντίπαις καὶ βούπαις διαφέρει· παῖς μὲν γὰρ ἔστιν ὁ ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ· ἀντίπαις δὲ ὁ ἐκβεβηκώς τοῦ παιδὸς τὴν ἡλικίαν καὶ ἤδη πρόσηβος· βούπαις δὲ ὁ μέγας παῖς*, Fuerunt autem et alia eiusdem vocis synonyma, omissa ab Alexione, Aristophanis epitomatore: Hesych. Tom. II. p. 425. *λαόπαις. βούπαις*. Et p. 414. *λαίσπαις. βούπαις*. *Λευκάδιοι*: quae nomina omnia, ni fallor, non significatu, sed loco et dialecto differebant, plane ut illa vocis *ἔφηβος* synonyma, quae diserte Ammonius s. v. *γέρων* inter populos Graecos divisit. Mihi *βούπαις*, etsi Moeris doceat p. 97. *Βούπαις Ἀττικῶς ἕξακμος Ἑλληνικῶς*, tamen Laconicum vocabulum fuisse videtur, quanquam ne hoc quidem ex *βου* — i. e. *μέγα* compositum, sed ex *βοῦα*, id quod Riemero quoque in mentem venit in Lex. s. v. *ᾠβή*. Hesych. Tom. I. p. 745. *Βοῦα. ἀγέλη παιδῶν*. Etym. M. p. 208. *βουόα ἀγέτῃ τις τάχα θ' αἱ βουσοῖαι*, quae Hemsterhusius ad Hesychium T. II. p. 1294. ad glossam: *συμβουαδεῖ*. (leg. *συμβουαδδεῖ*) *ὑπερμαχεῖ*. *Λάκωνες*, probante

Valckenario ad Theocrit. Digr. IV. p. 274, et ex parte C. O. Müllero in Doriens. T. II. p. 302. sic emendavit: *βουόα ἀγέλη* — *τετάχαθ' αἱ βουόαι· ἀντὶ τοῦ βουόαι κ. τ. λ.* Itaque *βούπαις* eum, opinor, significabat, qui *βούας* Laconicae pars esset, ut *βουάγορ*, qui ejusdem dux esset. Vid. Hesych. s. v. *βουάγορ* et *κατράγοντες*. Hinc Comici Athenas transtulerunt ac suae poesi reservaverunt, donec in *κοινήν γλωσσαν* transiit. Huius vocabuli ad analogiam *βούνευρος* seu *βούνεβρος* effinxit fabularum Aesopearum scriptor fab. 39. Apud reliquos scriptores rarissime reperi *βούπαις*. Apoll. Rhod. I. 760.

*Ἐν καὶ Ἀπόλλων Φοῖβος δῖστεύων ἐτέτυκτο,
Βούπαις οὐπω πολλός.*

Antip. Sidon. XXX. in Anth. Gr. T. II. p. 14. Iac.

Βούπαις ὠπόλλων τόδε χάλκεον ἔργον Ὀνατᾶ.
coll. Phurnuto de N. D. p. 70. (p. 22. ed. Wetsten.) *Βούπαιδος ἡλικίαν Ἀπόλλων ἔχει, καθ' ἣν καὶ οἱ ἄνθρωποι εὐ-ειδέστεροι ἑαυτῶν φαίνονται.* Idem vocabulum, praeterquam quod *πισcem* quendam teste Hesychio significabat, longe diversa potestate in Ep. Straton. 88. usurpatum est, ubi *μέλισσαι βούπαιδες* sunt *παῖδες βοῶν, βοηγενεῖς*.

Ac nunc denique ad eam vocem pervenio, in qua prima *βου* — vim habet intensivam, ad *βούλιμος, βουλιμιᾶν*, quo Xenophon *φιλολάκων* usus est, Anab. IV, 5, 7. Cyrop. VIII. aliquoties. Solius scriptoris huius autoritatem profert Pollux, Onom. VI, 31. *πένα. Πλάτων δὲ ὁ κωμικός καὶ κενάγγιον εἴρηκε, Ξενοφῶν δὲ βούλιμον.* Et II, 217. *καρδιώτειν· οὕτω δὲ Λωριεῖς τὸ παρὰ Ξενοφῶντι βουλιμιᾶν καλοῦσι.* Sed ne Aristophanes quidem aspernatus est, Plut. 874; et illud quoque *βουλιμιᾶ τὰ βαλάντια*, quod est apud Grammat. in Bekk. Anecdott. T. I. p. 30, comicum Atticum, Menandrum fortasse, redolet.

Ab Alexandrinis inde poetis quaedam celebrari coepta sunt eiusmodi composita, ut *βούπεινα* Lycophr. 581. Cal-

lim. Cer. 24. et *βουσκαφεῖν* Lycophr. 434; reliqua autem eius generis vocabula non nisi grammaticorum et glossatorum testimoniis nituntur, quorum certissima nunc recensebo.

βούσκα. τὰ μεγάλα σῶκα ap. Hesych. et Zonar. s. v. Etym. M. s. *βούπαις* et Apollon. Soph. s. *βουγαίε*; plane ut *bumelias* et *bumastus*, *bumamma*, quae fraxini et uvarum nomina Latini servaverunt scriptores.

*βουβάρα*ι, *μεγάλοι*. *βούβαρα* *μεγάλα*. *βουβάρας* .. καὶ μέγα βάρος ἔχων καὶ αὐχένα, ἢ ὁ μέγας καὶ ἀναίσθητος ἄνθρωπος, unde fortasse glossa s. v. *βούς* p. 755. ἢ *ἀσπίς*. *βάρος*. *ἀργός*. ita fere corrigi poterit: ἢ *ἀσπίς*. ἢ *βάρος* ἔχων, *ἀργός*. Similiter *βούβαλον* et *βούπαλον*· μέγα καὶ πολύ.

βουπρήνες. κρημνοὶ μεγάλοι καὶ λόφοι.

βούρυτος ποταμός. μέγας (fortasse μέγα) ῥεῦμα ἔχων.

βούφαρον τὴν εὐάροτον γῆν. φάρος γὰρ ἢ ἄροσις. Haec omnia Hesychius habet; *βουπόνηρος* ex Justin. Novell. VI. memorat Martinius Lex. phil. s. v. *bulimia*.

Atque in his quidem omnibus *βου* — aperte est *ἐπιτυτικόν*, sive, ut grammatici volunt, ea particula a bovom vasto et immani corpore originem traxit; quae sententia tanto probabilior videri potest, si sumas, principio tales voces fuisse excusas, quales sunt *βουχάνδης* vel *βουδόκος* *λέβης* Is. e. *βούν* *χανδάνων* (in Anyt. Ep. 2. in Anth. Gr. T. I. p. 130. ed. Iac.) ac post demum ad audaciam componendi prolapsus esse sermonem, ut *βούλιμον* dicerent *λιμὸν βοῖ μέγεθος ὁμοιον*; sive ex *πολύ*, *πουλύ* orta est, quae sententia est Plutarchi Sympos. VI, 8. τὸ μὲν οὖν *βούλιμον* *ἔδοκει μέγαν ἢ δημύσιον* (?) *ἀποσημαίνειν καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν τοῖς Αἰολεῦσι ἀντὶ τοῦ β τὸ π χωμένους*· οὐ γὰρ *βούλιμον*, ἀλλὰ *πούλιμον* οἷον *πολύνον* πάλιν ὀνομάζομεν, quae ultima ex Xylandri emendatione sic legenda sunt:

οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πούλιμον ὅσον πολύλιμον, πάλαι ὀνομάζομεν. Sed grammatici permulta vocabula ad hunc usum retulerunt, quae simplicius explicanda fuere, ut βουπόρους ὀβελούς Herodoti II, 135. Hesychius; ut βούχιλος in Myrini Ep. 1. (in Anth. Gr. T. II, p. 93. Iac.) ut βούβοτος Zonaras p. 400, βουθοίνας, Eustathius T. II. p. 944. et βούτορον ὄδον ἀτραπὸν Albertius ad Hesych. s. v. *valde tritam* viam explicans, non ille facturus, si ad glos sema simile animum advertisset: βοῶνα. ὄδον. Etiam βούγλωσσοσος dubitari potest an recte κατ' ἐπίτασιν explicata sit a Suida et Hesychio, ac non eum potius significaverit, οὐ ἐπὶ γλώσση βοῦς βέβηκε.

Reliqua vocabula obscurioris sunt originis et significationis, quam quae in iudicium possint venire, ut βούχωρος, βουτάρας, βουβίλιξ, quae acutioribus ingeniis relinquare satius duco.
